risdictionibusq suis quibusuis proprijs et competen receclendo, praesen vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet seçum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse nobilis Martinus Woloszianska Consorti suae legitimae eius praesentis summam Quingentorum Quinquaginta florenorum polonicalium ex vim dotis et expeditionis post eam acceptos et in domum suam importatos, nec non aliam similem summam Quingentorum Quinquaginta florenor polonor ratione veri iusti et liquidi Dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium, tam mobilium quam immobilium, summarumq obligationum, paratarum pecuniarum, argenti, clenodiorum, vniopreciosarum, margaretharum, vestium vestimentorum, stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equiream, ac totius supellectilis domesticae nunc habitas et in post habendas, dedit, dotauit dotalinauit, inscripsit, et reformauit. prout dat, dotat, dotalinat inscribit et reformat praesens, per ipsam Nobilem Marinam Woloszianska sui Recognoscentis Consortem legitimam et ipsius posteros candem medietatem Bonorum suorum, generaliter omnium cum vniuersis ipsorum vtilitatibus et vsufructibus competentijs et praerogatiua quauis, tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice vtifruendi, ac in vsus suos et suorum successorumquorumuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi, vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Rgno Polonor obseruari solitar

Wołosianska Abrenuntiat.

Comparens personaliter coram Officio Actisq praesen Castren Capitan Praemisliensi Nobilis Marina Wołoszianska Nobilis Stephanij Puranski Zacharonowicz Consors legitima, cum eiusdem mariti sui vti Tutoris coniugalis personali assistentia et Vlteriori ad infrascripta recognoscenda consensu, sana mente et corpore existens, a terris, dictibus, Iuribus

Iurisdictionibusq

Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competen. recedendo, Praesen. vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia sibi Recognoscenti de bonis paternis et Maternis, se Recognoscentem in Vim Dotis et expeditionis legitime concernen. per Manus Nobilis Andreae Wolosianski Proliopowski sui Recognoscentis fratris germani plenarie et sufficienter satisfactum est, ob quam satisfactionem dotisque sibi persolutionem bonisque paternis et Maternis abdicat abrenunciat et resignat Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.

Krasnopolskich Coniugum mutua Aduitalitas

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Gnosi Joannes Krasnopolski olim Gnosi Valeriani Krasnopolski cum olim Gnosa Mlynkowska consorte eius legitima procreatus filius ab Vna et Helisabetha Szachnowiczowna olim Gnosi Nicolai Szachnowicz cum Gnosa Theophila Pobidzinska consorte eius legitima procreata filia praefati vero Gnosi Krasnopolski consors legitima parte ab altera coniuges, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competen. recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali, Praemisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo proce ac Interesse recognouit. Quia ipsi et quidem consors cum eiusdem mariti vti Tutoris coniugali personali assistentia et idoneo ad infrascripta recognoscenda consensu sibi mutuo et inuicem omnium generaliter bonorum illorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium

Summarumque